



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

81

in cruciatibus sanctorum . peccator anti xp̄us ex nimia adulatione
adherentium sibi ita eleuabitur in superbiam q̄, **B**lasphe-
mabit de-
um vsurpans sibi diuinitatis nomen qui secundum multitudinē
ire diuine contra se prouocate non queret penitentiam . sed moriet̄
in sua obstinatione induratus. **N**on est deus in conspectu eius . nō
enim considerat deum omnia cognoscentem . nec considerat eum fu-
turum iudicem . et ideo vie illius . cogitationes . consilia et opera sor-
dent in omni tempore vite sue. **A**uferentur a memoria sua iudicia
tua . et ideo non metuet illa superuentura sibi pre elatione et obsti-
natione nimia . omnes vero inimicos suos reges terre potentia et
dolis sibi subijciet . ut solus regnet et sedeat in templo dei . extollens
se supra omne quod colitur et dicitur deus. **E**t dicet ex nimia elatio-
ne in corde suo ego securus sum in statu meo non moueboz de gēte
in gentem super omnes regnabo . dominium enim meū stabile erit
atq; firmum sine malo inquietudinis aut aduersitatis. **C**uius os
blasphemis in xp̄m et contumelijs in sanctos plenum erit . et ama-
ris comminationibus et dolis decipiet multos . et lingua sua man-
dabit laborem et dolorem inferre sanctis. **S**edebit semper cogitans
ponere occulte insidias sanctis adherentibus sibi malis hominibus
huius seculi cupidis quos muneribus accumulabit sibi . ut eo con-
silio interficiat innocentem scilicet fidelem populum sibi non obedi-
entem. **O**culi eius ī pauperem populum xp̄ianum crudeliter respi-
ciētes quomodo depauperabit eum . et quasi leo in spelunca sua me-
ditabitur insidias et artes quibus fraudulenter possit xp̄ianum po-
pulum consumere. **I**nsidiabitur rapere violentia pauperem pplm
xp̄ianum . si vero sic non poterit curabit capere pauperem fraudu-
lencia . dum eum blandicijs et p̄missionibus ad suas nequicias fle-
dēre faciat . captum vero fidelem. **I**n laqueo p̄missionis diuiciarū
humiliabit eum trahendo ad consensendum ei et subijciet domina-
tioni sue . et cū anti xp̄s nimia felicitate in ocium remiserit animum
inclinabit se ad delicias et voluptatem carnalem . sed domino non
patiente eum amplius seuire in sanctos repentino interitu a suo do-
minio cadet . merito cadet quoniam. **D**ixit in corde suo oblitus est
deus sanctorum suorum ut eos saluet . auertit faciem suam ne vide-
at ea que in terra et in hoc mundo aguntur . vnde q̄m diu seculum.